



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

XXXVII. Das Kloster Leitzkau vereignet den Kalandbrüdern in Loburg 4
Wispel Kornrente aus Scicerwe, im Jahre 1301.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

ecclesie in magdeborch, Johannem et theodericum, fratres de grunenberge, pro viginti marcis steindaligenfis argenti comparauimus, libere ac pure offerimus propter deum et donamus eodem tytulo Juris, quo possedimus, perpetue possidendum. Ne ergo hanc donacionem nostram alicuius in posterum impediatur calumpnia, damus ei presentem paginam cum priuilegio nobis super hiis a predictis nobilibus presentato sub annotatione infracriptorum testium, sigillorum nostrorum cum appensione communitam. Testes huius rei sunt Conradus, plebanus in Scartowe, wolterus, plebanus in dyterfhaghen, Johannes, plebanus in tropene, boldewinus, plebanus in dorneborch, henricus, plebanus In lubicz, domini dominus otto de noua ciuitate Magdeborch, Dominus otto de borch, dominus hartwigus et alii quam plures fide digni. Datum anno domini M^o CCC^o I.

Nach einer alten Copie, die mit den Urkunden von 1296, 1303 und 1307 zusammengeschrieben, im R. Prov.-Archiv zu Magdeburg beruht.

XXXVII. Das Kloster Leitzkau vereignet den Kalandsbrüdern in Loburg 4 Wispel Kornrente aus Scicerwe, im Jahre 1301.

Nos theodericus, dei gracia prepositus et archidiaconus, Otto prior totusque conuentus ecclesie lytzkenfis Recognoscimus et tenore presencium publice protestamur, Quod piam commemoracionem animarum fidelium defunctorum recolentes predilectis fratribus nostris Kalendarum ecclesie Sancti laurencii In louburch in subsidium pauperum et ad comparacionem luminum et piam recordacionem animarum fratrum Kalendarum defunctorum donamus libere ac pure propter deum quatuor choros Siliginis Cerwistenfis mensure In villa nostra Ceycerwe, Quoad ad Kaldas jam dicte ecclesie deuenerint, Sine quolibet Impedimento percipiendos seu libere possidendos. Si vero, quod absit, predictam villam nostram scycerwe deleri contingeret, predictam annonam In festo Sancti martini de promtuarie ecclesie nostre In curia nostra sub eadem mensura presentabimus eidem. Qua vero fraternitate Kalendarum destituta ecclesia nostra predicta prefatam annonam vt antea remoto cuiuslibet occasionis obstaculo libere possidebit. In Cuius rei testimonium damus eis presens scriptum Sub annotatione infracriptorum testium Sigillorum nostrorum cum appensione communitum. Testes huius donacionis sunt nostre: Conradus, plebanus in Scartowe, wolterus, plebanus in dythaghen, Johannes, plebanus In torpene, Boldewinns, plebanus In dorenborch, Hinricus, plebanus In lubitz, domini: dominus otto de noua ciuitate magdeburch, dominus otto de borch, dominus hartwigus de luge, miles, et alii quam plures fide digni; datum anno domini M^o CCC^o I^o. Nos vero fredricus, decanus ecclesie sancti bartholomei In cerwist, necnon hinricus, prepositus sanctimonialium In eadem ciuitate Cerwist recognoscimus, nos uidissa presentem litteram. Sigillis auctenticis, uidelicet capituli et domini theoderici, prepositi ecclesie lytzkenfis sigillatam et pro testimonio nostra Sigilla ad petitionem dictorum fratrum Kalendarum presenti pagine appendidisse. Actum et datum anno domini M^o CCC^o XXXIII^o feria quarta post dyonisi, martiris inclit.

Aus einem, die Stadt Loburg zc. betreffenden, auf 16 Pergamentblätter im 16. Jahrhunderte niebergezeichneten Copiale (55) f. 13 und 14 im Königl. Prov.-Archiv zu Magdeburg.